Mag.ce et Amplis: Dne
et patrone obser.de

Inter Erasmum Wagnerum et fideiussores suos, rem compositam esse, ex charta hac inclusa Ampl. T. intelligere potest. quare stipendij solutionem mihi proxime commissam, eidem Wagnero tradidi.

Et cum ad manus nunc esset sciothericum, hisce diebus a me sculptum, rude sane et impolitum: placuit tamen id Ampl. T. filiolo, magnae expectationis, indolisque non vulgaris puero mittere. quo se nonnihil oblectet, et in hac tenera aetate ad philosophiae et artium primum gradum, nempe admirationem, perducatur. Maxime n. opto, ut aliquando patris, et avi, summorum virorum vestigijs insistat; qui raro exemplo, inter maiores curas et maioris momenti patrocinia, mathematum sectatores summopere promouerunt, et singulari beneuolentia prosequuti sunt. Ab ampl. T. etiam peto, ne munusculi tenuitate offendatur. Aeternus filius Dei Am. T. diu foelicem seruet, cum tota familia, et liberis suauiss: et alijs bonis augeat. Altorfij 6 Junij 1587.

Ampl.te T.

obser.dus

Joh. Praetorius.

R. 84. S.
Meoy

6 Junij Ao. 1587

M. I. Praetorius

Mag(nifi)co Amplis: et prudentis(simo)
D(omi)no Hieronymo Paumgartnero,
Duumviro et Scholarcha dignis(simo)
d(omi)no et patrono obser(vandissimo)

Mittit librum Scyolzericum
De seditionibus D. Edonis
et M. Bungij & Eras: Wagnero

quæ in illa traduntur, Habent enim
ſplendorem cognitionis eximium,
vitæ autem utilitatem non habent.

ſunt.
Quomodo proximæ, inquit; an
poteſt quicquam eſſe diſtatius? Ar-

dignitate agitur, honeſtum, decorū,
pulchrum nuncupamus. Corporis
autem & fortunæ commoda negāt

operando illius præcepta juſſaq; ſe-
quantur. Et quis non excitetur, in-
quit, tanta ſpe propoſita? ardeo, me

DSI

Praetorius Johannes (1537 - 1616)

L. a. s. 1 p. fol. Altdorf 6. VI. 1587

hv/vn/a.-

Meoy.-